

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra aetate doctissimum diuersis temporibus missae

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Georgius Similer, Ioanni Reuchlin Phorcensi. LL doctori. S. D. P.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

IO. REUCHLIN LIBER PRIMVS

infigi possint non intelligo. Singula absoluemus uita comite, uiribusq; reassumptis, In hebræo sermone quo abunde doctus es si sint hæc dictiones bobel & bouel, earundé peto cū p̄senti gerulo interpretationé. Vale feliciter, Ex Iustingen. viii. die Aprilis Anno. M.D.II.

Georgius Similer, Joanni Reuchlin Phorcensi.

LL. doctori. S. D. P.

Non possum illud probatissimi poetæ p̄ceptor doctissime nō recordari, q̄ te tam læta tulerunt secula. Aenea in gratiā Dido nis orāte, qm̄ nobis infœlicitas temporū (iniuriā uerius dixerim) inuidit cā supellectilē q̄ ad ingenii cultū p̄inet, appellamur & interpellamur assiduo, p̄pter extirpandā barbariē in sacris codicibus ex Amanuēsū lituris passim interlitā insperāq;. Verū em̄ uero falx deest. Nobis quidē uidet̄ æqui boniq; facile esse consulere inter n̄ros, q̄q; (ut est apud Hieronymū in proœmio super Iob) tāta sit uetustatis consuetudo ut etiā cōfessa plarisq; uitia placeant, dū magis pulchros habere uolūt codices q̄ em̄datos. Proficere igit̄ nobis est auius si codices hebræi extarēt, ut genuino & gētilicio idiomate uersari dirū & pestilentē quibusdā & fere publicum errorē eximerem⁹, qui. S. spiritus oracula diuinitus ad nos deriuata, p̄ arbitrio suo corrigere, potius inuertere & deprauare conant̄. Tu nobis ansam capulumq; falcis præbe, & uel psalteriolo uti pollicitus es succurre, mox mox ad aedes tuas redituro q̄ primū. Scio nanq; pectus tuū recēti adhuc æstu curarū ex ædificatoria sollicitudine q̄ddam deferuere indignum liberalissimis literis, hebræas significo, q̄ uirū undique fariā rotundum integrūq; & nulla penitus animi nebula turbatū sibi uēdicant, q̄ possunt exclamare. Sancti estote, nos q̄dem sanctæ sumus, lingua certe breuis, sed senci ac sensus plenissima. Quid plura? Misertū est me Reipublicæ literariæ, quotiēs cogito me me esurire codices chartaceos, atq; alii parcissime tractāt eboreos. Vale caput & columen literatorū, qui perinde alios superas, restinguit stellas exortus ut aerius sol. Data Phorce. xii. Kalen. Iulias. Anno. M.D.IX.

Beatus Rhenanus Selistatinus, Joanni

Capnioni Phorcensi. S. D. P.

Iacobus Faber Stapulēsis uir ex om̄i æuo incomparabilis om̄iq; disciplinarū uberrimus fons, qui philosophiā nimio situ squalentē & suo uiduata splendore ita illustrauit, ut Hermolao Barbaro